



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 7. De ratione exercendi contritionem,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

voluntate; nec necesse sit redundare in sensu, ut iam in precedentibus docuimus. Accedit quod non desit consolatio Spiritus sancti mouentis & adiuuantis nos in tam fatali opere, ex Concil. Tri. l. sess. 14. cap. 4. ita ut dicere licet ex Psalm. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ edificauerunt animam meam.

## De Dissuadenda Pénitenti contritionis dilatatione.

## S E C T I O . III.

9. Pertinet tertio ad propositam Confessarij prudentiam, ut cum inuenierit Peccatum bene quidem affectum ad contritionem; sed illius executionem vele diutius deferre: studeat ipsum mouere, ad statim exequandam. Tum ex eo, quod indignum sit, statim Christum ante ostium nostrum, seu expectare nos ut misereatur nostri, I. Act. 30. nosque miseros negligere tantum in sericordiam. Tum ex eo quod temerarium sit vibratam in te gladium atcumque sensum (ex Psal. 7.) non statim declinare, sicut & ignem te corripientem non statim excutere. Ne tardes] inquit Sapiens Ecclesiastici quinto, conuerter ad Dominum & ne dicas de die in die: subito enim veniet illius. Et Dominus Matth. 24. Estote parati quia nescitis quia hora filii hominis venturus sit.] Et Luc. 12. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus venire & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebrie: inveniet dominus seruillius in die qua non sperat, & hora quae nescit, & diuidet eum, parte in qua eius cum infidelibus pone. Neque dicas (ut monet Sapiens in cit. 5. Ecclesiastici) Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur: misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.] Neque eriam nequam sis, quia ille bonus est, misericorditer te expectans ad penitentiam; ac etiam virgines per immisiones morborum aliarumque in commodatum huius vice: & terrores futuri indicij, dando nobis significationem ut fugiamus (quod per contritionem fit) à facie arcuus ex Psal. 59. tanquam missio Angelorum qui distracto gladio nos à via nostra peruersa reuocet ad instar Balaam, de quo Numerorum cap. 22. & 2. Pet. 2.

9. Tum etiam ex eo quod perniciosum sit in cordibus peccati diutius hæcere: quia talis longior mora difficultem reddit reuersionem ad Deum per penitentiam. Cum enim longè sit à peccatoribus salus] Psal. 118. peccatum est quasi ventus contrarius, longè expellens à portu salutis: & quod gratus est, aut iteratur apieps, eo longius expellit, & regesum facit difficultorem. Ad quod pertinet illud Ierem. 13. Si mutare potest Äthiops pellemant pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.] Tum præcepta, quod peccatum disponat ad facilis labendum in nouum peccatum: quasi abyssum, intortante abyssum, & sanguine sanguinem tangentem. Ad quod facilis illud Psal. 68. Aponere iniquitatem super iniquitatē eorum. ] Facit etiam illud quod D. Paulus in c. 1 ad Rom. de genitilibus habet: ac illud Apol. 22. Qui in cordibus est, fordefat a nunc.] Quibus accedit, quod excluso spiritu sancto & Dæmonie dominante in anima, talis mora via iuniat (eodem Dæmonie fatigante) a duritiam cordis: iuxta illud Proverb. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemner. ]

9. Tum denique ex eo, quod si miserabile in regno sit, Regem potentissimum habere in sensu, grauissima supplicia in ferre parantem, nihil de illo placando curare obla: acommodate: longè miserabilius sit Regem Regum sic habere iratum, ut statua illa punire æternis suppliciis, supra quam cogitari potest grauissimis: & nihilominus negligere oblatam de prætentis occasione (expectata futura omnino incertâ) reconciliandi eum sibi per contritionem: De qua P. f. o. Cor contritum & humiliatum Deus non despicias. ] Certe per mortem tollitur omnis talis occasio: & quandoquidem solum tempus huius vita: est tempus obtinendi à Deo misericordiam & liberationem à reatu æternæ damnationis: cui obnoxij sunt, qui se addixerunt Diaboli servituti. De qua Ioannis 8. Qui facit peccatum seruus est peccati, 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est.] Tollitur, inquam, omnis talis occasio, quia in morte ex cap. 11. Ecclesiastici: si ceciderit lignum ad Autrum, aut ad Aquilonem, in

quocumque loco ceciderit, ibi erit. Hoc igitur Apostolo ad Gal. 6. Dum tempus habemus operemur bonum, & maximè bonum contritionis, per quod à Deo in animam carera deriuantur.

Nec sinamus nobis illudi à Diabolo, qui solerat ab illius fabubrero vnu eos quos captiuos tenet auerrere obtrudendo coniutorum, ludorum, chorearum aliorumque id genus oblectationes: cum quibus contritioni tam vacari non potest, quam nemo potest simul flare & sorbere, ut habet prouerbium. Quia in te idem facit calidus hostis, ac faceret is qui deraetam puero pretiosissimam gemmam, pomum ne fleat offerret, non dando in manus sed ostendendo longè. Ingerit enim recordationem praeteritarum voluptatum temporalium, per quam fastidium inducit æternarum: sicut memoria carnium & carcerarum rerum quibus Israël ita vni fuerant in Ægypto, illis fecit fastidire manna suauissimum, quo alebantur, & abiicere desiderium terræ promissionis Num. 13. ap. 11. cum quo fastidium inducit penitentiæ horrorem, quemlibet idem Israël ita habuerunt deseriri, per quod iussu Dei eundum illis fuit ad terram promissionis.

92.

## C A P V T S E P T I M V M.

## De ratione exercendi contritionem.

## S V M M A R I V M.

93. Speculantia ad exercitium contritionis de peccatis mortalibus

94. Ratio rite fructuose talis exercitij perficiendi.

95. Ratio exercende contritionis de venialibus.

96. Peccatorum venialium indignitas perniciosa.

97. Qualiter oporteat de peccatis venialibus coram Christo confundi.

98. Ratio tripartitus peccoris, dicendo mea culpa, &c. in signum contritionis.

Pertinet adhuc ad propositam Confessarij prudentiam non tantum ut suum Penitentem ad contritionem exercendam excite, sed etiam cum opus esse viderit, instruat de ratione illam exercendi: de qua ideo dicemus, & paucis. Contritione igitur vel habenda est de peccatis mortalibus vel de venialibus.

## Ratio exercendi contritionem de mortalibus. §. 1.

Sed pertinet adhuc ad propositam Confessarij prudentiam non tantum ut suum Penitentem ad contritionem exercendam excite, sed etiam cum opus esse viderit, instruat de ratione illam exercendi: de qua ideo dicemus, & paucis. Contritione igitur vel habenda est de peccatis mortalibus vel de venialibus.

93.

Ide mortalibus; primò relinquare oportet affectum peccati. Secundò sumpto tempore locoq[ue] idoneo, petere a Christo gratiam recordandi & cognoscendi peccata a nobis commissa, de illisque dolendi. Tertiò reuocare in memoriam multitudinem eorumdem peccatorum. Quarto indignitatem & perniciem illorum (de quibus in preced. c. quinto) ponderare: simulque de illis dolere propter Deum, & veniam petere, cum spe eam obtinendi, & cum proposito non relabendi sine in eadem, siue in alia mortalia: ac de eis suo tempore confundi & pro eis facili faciendi.

94.

Ad ista autem rite peragenda & fructuose iuvenerit prout diligenter Christum ante conspectum nostrum: & contritionem (qua donum Dei est, ut habet Concil. Trident. sess. 14. cap. 4.) ab eo petere cum animi demissione. Deinde concepta fiducia de ipsius misericordia, erigere mentis oculos ad ipsum qui ex Sapien. cap. 11. dilit omnia quæ sunt & nihil odi eorum quæ fecit] intuitendo quanto perte peccarum oderit ad eo nimis ut voluerit creaturas suas præstantissimas, tam Angelos quam homines ob ipsum, grauissimis addictas supplicis eorum. Tertio considerare quod ut ab eisdem suppliciis nos eriperet, pro iis satisfaciendo diuinæ iustitiae, misericordissime dolores immensos ac mortem acerbissimam perficere voluerit. Denique ex tanta erga nos misericordia, quonobis suo sanguine gratiam promeruit, & peccatorum remissionem: erexit in spem & desiderium liberationis ab æterna illa miseria: ipsum liberatorem nostrum magno amoris affectu complecti: ut redemptorem, satisfactorem & aduocatum nostrum: aque ipsam gratiam & peccatorum remissionem petere instanter, quam non negabit bonus pastor qui perditam querit, humerisque suis imposita in ouile reportavit Luc. 15. Cui petitioni comitè adiungere oportet considerationem, qua coram ipso Christo, confundamus erubentes de misero nostro statu: perpendentes, quid perdidierimus per peccatum mortale: nempe Deum bo-

notum omnium fontem, eternam felicitatem, atque adeo nosipos: Quid acquisierimus; nempe eternas in inferni pœnas cum anima morte: in eo prioris conditionis, quam bestiae effecti: utpote duplicitis mortis rei, cum illæ vni tantum sint obnoxia. Expendendo præterea summam peccati: tum indignitatem, de qua ante num. 59. & aliquot sequentibus tunc etiam ingratitudinem nostram qua peccado, iniquissime insurreximus aduersus Deum optimum maximum, ac sanctissimum, & in nos beneficissimum: tamque nostri amantem, ut pro nobis mori dignatus sit, cui proinde tanquam munificentissimo benefactori, gratiam referre; & tamquam principi summo, obsequio & honore deferre omni iure debuimus: peruersus autem ei obstiterimus ipsi insipientie: immo rursus in cruce me egerimus, eiusque sanguinem conculeauerimus: ut pote id agentes, quod esset sufficiens causa mortis ipsius, & fructuum eiusdem, sufficiens impedimentum.

*Ratio exercendi contritionem de venialibus. §. 2.*

95. **C**VM autem contrito habenda est tantum de venialibus; oportet primò diligenter carene nobis blandiamur, nec exuamus omnem affectionem aut dispositionem ad illas occasiones dissimulando nec repellendo. Cuius rei gratia ad Christum recurrendum est, ut nobis det vires ad eam peragendam necessarias, & lumen ad degendum, si que fraus forte lateat. Secundò intueri Christum ipsum tanquam exemplar & ideam puritatis, & sanctitatis infinitæ; cui nihil tam contrarium sit & abominabile, quam peccatum etiam veniale: quod cum maculet animam, ad illius quoque de edonem, sanguinem suum fudit: ipse, qui ex cap. 5. ad Ihesum voluit exhibere sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam. Tertiò intueri nos ipsos: expendendo primò peccatorum nostrorum varietatem & multitudinem: addere & alienorum, quibus cooperati fuerimus. Secundò quantam fuerit negligencia nostra & discordia in illis caudendis, quamque facile & temere: immo per contemptum quodammodo, & ludum commissa sunt; etiam si nobis adfuerit sufficere diuinorum notitia, cum diuinæ gratiæ impulsu: intermisus Spiritus sancti stimulis, ac externis adiumentis siue exemplorum bonorum siue sanctatum instructionum. Tertiò quanta sit indignitas peccatorum etiam venialis; quibus Creator & Dominus omnium ac munificentissimus bonorum innumerabilium largitor ostenditur per summam impudentiam & ingratitudinem, à vilissimo mancipio misero, miserabili paupere, cœco, & nudo: cui, utpote tepido, minatur Christus, Apoc. 3. Incipiam te euonire ex ore meo.] Addere & quibus in conspectu Christi inuercundè polluitur maculature anima, pro quo mundanda tantopera laboravit; tam multa docuit, instituitque tum verbo, tum exemplo: atque ex cir. cap. 5. mundaram lacrato aqua in verbo vita, voluit mandam permane in perpetuum: hæc est enim voluntas Dei expiori ad Thessal. cap. 4. sanctificatio nostra.] Et quamus peccatum veniale gratiam non adimat anima, tamquam displices Deo, ipsam maculat ad eum modum quo filius coram parte maculam imprimens vestitus pretiosus, quamidem vult seruari mundum. Quæquidem displicientia tanti momenti est, ut nulla omnino de causa, peccatum quodcumque veniale censetur licitum: ne quidem ad liberdum ab interitu totum mundum: quia scilicet est contra Deum infinitum, omnibus rebus præserendum. Quibus denique tamquam sordibus contaminatur regnum sanctorum Dei, quod sumus nos ex priori ad Corinth. cap. 3. unde quasi contristato Spiritu sancto: qui, ut ibidem dicitur, habitat in nobis: charitas quæ per eum diffunditur in cordibus nostris ad Rom. cap. 5. refrigerescit, & reliqua diuinitus infusa virtutes, non modo non augentur sed etiam oprimum: impeditæ ne erumpant in præclaras actiones: neque illas mitant, nisi remitti, languideque, & veluti exangues quoddam fortis. Præterea ad illuminationes & afflatus eiusdem Spiritus, atque montis Angeli cultodis excipienda sentienda que redditum animis durus & seculis: etiam redigitur in angustias quoddam tenebrarum, & molestiarum ac sollicitudinum, assidue spinarum instar pungentium: efficiturque obnoxius pœnis gravissimis purgatori in futura vita: in præsenti vero, omnis generis tentationibus in pœnam

nostra foecordia: ob quam Diabolus permititur nos aggredi audacius, siue sollicitando ad peccata mortalia, ad quæ venialia ipsa procluem parant lapsum, iuxta illud Ecclæsia 19. Qui spernit modica paulatim decideret] siue inuicendo scrupulos anxietate siue animi, quibus pax illius turbatur, quam vita puritas gignit: siue reddendo gaudem & molestiam, immo & vilem vitam spiritalem: quam cum suauem, amabileram & honorabilem reddit feruor amoris Dei, peccatum veniale diminuens ipsum, consequenter disponit animum a spiritu: vitali vita fastidium & contemptum.

Postrem oportet quasi rursum conuersis ad Christum oculis, coram illo confundi de tam exiguo nostro profecto, ac tantâ nostra pauperitate: cum in suis donis erga nos adeo liberalis fuerit, condemnates, nostram ignaviam, per quam tam steriles sumus & frigidi, ut nos non fecerant, nec calcificat sanguis Christi cum tanto feruore super nos effusi: postque tot accepta beneficia, adeo infideles sumus, & sine affectione tum erga Deum, quem fratrem debito obsequio & gloriâ: quia ex vita nostrâ puritate illi accessisset; tum erga Sanctos in celo regnantes, quos priuamus gaudio quod capiunt ex sancta nostra conuincione: tum erga animas in purgatorio detentas, quibus non derelutus experit & expectatam a nobis opem: tum demum erga proximos adhuc viventes, quos malis exemplis remorati sumus in via salutis, cum debuerimus memores mortis acerbissimæ à Christo pro illis obitæ, sedulò operam ponere in iuandis ipsi per preces, exhortationes & exempla ad progressum in eadem via faciliendam: id quod peccata etiam veniales impediant utpote quæ faciunt preces languidas, cohortationes fâgidas, & vitam disolutam & incompromitam. Cum talia utrum confusione oportet Christum ipsum intueri tanquam fontem omnis bonitatis, & misericordiæ abyssum, ab eoque ipsius ac Beatae Virginis, aliorumque Sanctorum merita, petere aquam illam viuam (de qua Ioan. 4.) non tantum fordes peccatorum mundantem sed etiam restinguentem fistim malorum propensionum nostratum, quibus resistere oportet ad vitæ emendationem; cuius propositum summa ita requiritur ad contritionem: ut sine illo nequeat ad Sacramentum penitentia: sufficere, ut constat ex Conc. Trident. fess. 14. cap. 4.

*De trina tunsonie peccatorum dicendo mea culpa, &c. in signum contritionis.*

### SECTIO. III.

96. **L**ocus hic exigere videtur, ut rationem reddamus communis vñs fideliūm in Ecclesia, quo in signum interioris contritionis de suis peccatis, vñtrunt illa repetitione verborum *mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa*, ad imitationem publicam Luc. 18. tundendo pectus, in quo sedes est cordis: ex quo peccata prouenire haberet. Matth. 15. ver. 19. & Mar. 7. ver. 21. Trina igitur repetitio verborum, cum trina peccatoris tunsonie, ostendit detestationem omnium peccatorum, nascentium (exprime Ioan. cap. 2.) vel ex concupiscentia carnis, vel ex concupiscentia oculorum, vel ex superbia vita (q. est prouenire ex inordinato amore vel volupsum, vel diuitiarum vel honorum) & perpetratorum vel cogitatione, vel verbo, vel opere, idque vel contra Deum, vel contra seipsum, vel contra proximum. Quam detestationem comittitur dolor de amissâ Dei gratia in præsenti vita; & gloria celesti in futura: deq. obligatione ad inferni supplicium. Quod dolore tam iusto perculsi, confitentes aduersum nos iniustiam nostram Domino, ut remittat iniquitatem peccati nostri, dicimus *mea culpa*: quia Dei & Spiritus sancti dona perdidit. Mea culpa: quia omni merito me spoliavi & me potestati Diaboli subdidit. Mea maxima culpa: quia reatum æternæ damnationis cōtraxi & inextinguibili igni ardoribus: semper me addixi, auditurus tremendam illam Christi sententiam. Ita male dicti in ignem æternum: priuâdus dulcissima Sacra Sanctorum Trinitatis visione, & suauissima societas Beatisimæ Virginis & Sanctorum omnium. Non despero tamē, sed quamus pauper & debilis, ac supra modum gratus & infirmus, in lacu miseræ & luto fecis meritus, iratusque habens peccatis meis Deum & Sanctos: recogitabo cū Ezechia (Ex Isaiæ cap. 38.) annos meos in amatitudine animæ meæ] dicens *mea culpa Deus*. Item cum Davide ex Psalm. 6.

Lauabo

Lanabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo, dicens mca culpa Deus: dimittam cum s. lob. cap. 10. Aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animae meae, dica n Deo, Mea maxima culpa. Peccatum enim cum Rege Manasse super numerum atque maris, & non sum dignus intueri altitudinem celi, præ multitudine iniquitatum meorum, quia excitaui iracundiam tuam & malum coram te feci. ] & cetera que in ipsius oratione habentur addita ad libros Paralipomenon.

## CAPUT OCTAVUM.

De prudentia Confessarij in expendendo Pénitentis proposito non peccandi de cetero, iuuandi que ipsum aduersus recidivum.

S V M M A R I V M.

99 Expendendum esse à Confessario propositum Pénitentis.

100 Propositum Pénitentis ut capax sit abolutionis, non tantum debet esse vitandi peccatum mortale, sed etiam occasionem ex qua illud secuturum probabilitatem creditur.

101 Recidisse in peccatum non est signum impenitentia sufficiens ad denegandam absolutionem.

102 Quod procedit etiam in eo qui plures recidit, dummodo aliqua fit emendatio, aut emendationis inchoatio.

103 Praxis à Nauarr. tradita quoad versantem cum persona que illi est occasio peccandi.

104 Remedia aduersus recidivum.

**A**D hanc Confessarij prudentiam pertinet, ut quia contumeliam cum derelictione & odio peccati requirit propositum firmum emendandi vitam, & abstinenti pro virili ab omnibus peccatis (saltem mortalibus, proque commissis fatis faciendo): um Deo, tum proximo per ea laeso. Confessarius petat (si non appareret sat) An habeat tale propositum: si que deprehenderit non habere sat firmum: neque ipsum latius paratur esse ad peccatum aliquid mortale relinquentem, vel illius occasions proximas, vel ad refacendum notabiliter damnum proximo a se iniuste illatum: conetur quacumque poterit accommodata ratione (maxime virginis peccati indignitatem & pericliem, ut supra cap. 5.) animam ipsius Christi lucifacere: que nihil possit efficere, non absoluat sed dimittat ad iniurianum dicentium terem. 1. Curauius Babylonem & non est sanata, derelinquam eam] Attamen prius monitum de malo statu in quo permanet, & adiuncta exhortatione, que excitetur ad vacandum bonis operibus, & ad cauenda peccata ut preparetur ad receptionem diuinæ gratiae, per quam ex illo statu perditionis emergat, antequam omnem emergendi facultatem mox adimat.

Proponentem vero serio peccata relinqueret, confolari oportet, proposita spe remissionis illorum per susceptionem Sacramenti, in quo Dei misericordia per meritum passionis Christi supplebit, quod ex parte ipsius defuerit: dummodo studeat facere quod in se est: & præsertim sincerè integrè q̄s confiteri de omnibus, de quibus sentit conscientiam suam gravaram: dolensque de illis ex animo propter Deum, concipiat firmum propositum defendi peccati statum.

100. **Q**uo quidem proposito catere censendus est, non modo is qui in alio mortali peccato sibi complaceret, sed etiam is qui aliquam occasionem peccati mortalis non vult deservire: si in infirmitate propriæ sibi conscius, dubitet aut credat vel debeat probabiliter credere, se in peccatum mortale prolapsum eā videnter: nempe quia didicit experientiā, se non subsistere dat à eiusmodi occasione, sed statim aut quasi statim cadere. Hoc annotans Caïet. In summula verbo periculum, addit nullam ne efficiat ut videnti tali occasione, vincere obligationem abstinenti ab ea: cum ex Ecclesiastici cap. 3. Qui amat periculum in illo peribit ] & dicat Dominus Matth. 5. Si oculus tuus dexter scandalizat, erue eum & proiceabs te &c. ] Vnde quod Nauarr. habet in Enchir. cap. 3. num. 5. litera f. postea absolutor adolescentes, qui verlanter inter mulieres, emendo, vendendo, & conuerfando absque cohabitatione illarum in eadem domo: etiam si non sint à tali conuersatione abstinent, que illis saepe fuit occasio mortaliter peccandi verbis, aut tabubis impudicis, aut etiam copula: hoc, inquam, & quodcumque simile,

in quo ibidem memoratus auctor facit libertatem absoluendi, sic temperandum videtur, vt minimè procedat quando Pénitentis expertus est, se tali occasione data, statim aut quasi statim cadere: nisi accedant nouæ rationes & circumstantias ob quas rationabiliter sperare possit se non peccatum etiam tali occasione data. Confirmatur per illud, quod Nauarr. ipse habet ibidem lit. D, occasione propinquam, à qua Pénitentis necessariò debet abstineri, ut abfolui possit: esse non tantum eam que peccatum est mortale; sed etiam eam ex qua, benè persensis occurribus circumstantiis, credit aut credere debet Confessarius, Pénitentem suum nunquam il à vñtrum esse sine peccato: inter quas circumstantias sique valeat ad id persuadendum, maximè valer hæc: quod Pénitentis expertus sit se tali data occasione statim aut quasi statim cadere. In Illo enim (isto posito) nequeunt concurrere quatuor illa, que idem quoque Nauarr. ibidem adhuc, lit. E, requirit, ut abfolui possit ille, qui non vult relinqueret occasio nem peccati mortalis; quarū prima est, vera penitudo peccatorum. Secunda verum propositum nūquam redeundi ad illa. Tertia propositum semper, cum Dei auxilio, cauendi ne peccetur talis occasione occurrere. Quarta notabilis causa (verbigracia, pro subleuanda inopia, vel pro vitando scandalo, aut alio eiusmodi) non abstinenti se à tali occasione: nequeunt, inquam, quia saltem quoad secundam, eum qui non vult relinqueret occasionem, quā data se expertus est è statim, aut quasi statim peccare, manifestum est non habere verum propositum nūquam redeundi ad peccatum. Et quoad tertiam probatur: quia non caueretur sed admittitur peccatum, subeundo tale periculum, de quo, si de quoquam alio, merito intelligitur illud ante citatum: Qui amat periculum in illo peribit.

Pars altera capituli, De prudentia iuuandi relapsum in peccatum.

**N**Ostandum est ex Nauarr. in cit. cap. tertio num. 5. lit. J. si quis in idem peccatum reciderit, non esse illi eo folio nomine absolutionem negandam, tanquam impudentem: quia recidisse in idem peccatum, non est argumentum necessarium defensus vera Pénitentia, sed signum infirmitatis. Vnde communiter absoluuntur lemel in anno confitentes, si nullum aliud adferant impedimentum, quantumvis in peccata de quibus confessi erant, recidisse deprehendantur. Procedit autem istud ex eodem Nauarr. etiam confitentes nolit abstineri ab eo quod fuit ei occasio recidendi: vt conuersatio cum aliqua persona, aut aliud simile dummodo non sit aliquid de se mortale: aut non sit occasio propinquam peccati mortalis, seu quādā statim aut quasi statim cadatur in mortale, interueniantque quatuor circumstantiae antea memoratae ex Nauarro ipso.

101. Procedit etiam in eo, quib[us] ter, aut s[ecundu]s recidit: argu[m]ento eius, quod non tantum semel aut septies sed septuages septies in nos peccanti parcendum sit. cap. Septies De p[ro]niten distinct. 3. ex Matth. cap. 18 & Luca. 17. Attamen ex eodem Nauarr. ibid. non videtur absoluendus Pénitens recidivus, tanquam non dans signum sufficiens propositi firmi non peccandi de cetero, si nulla emendatio neque emendationis inchoatio præteritis vicibus in eo exitiis obseruarentur si infirmitas in becilliatisque illius, aut ingens propensio ad peccatum aut externa occasio recidendi persuaderent nullam secuturam emendationem.

102. Vbi nota præmixim, quam idem addit pro casu difficultatis frequenti, ut cum Pénitentis occasionem habet recidendi ex cohabitatione seu conuersatione cum aliqua persona, ibendum esse illi antequam absoluatur, vt fortis, Christianus que animo dicat eadem persona, cum qua male versatur, & peccat: sibi denegari absolutionem nisi separarentur: proinde vehementer obsecrare per Deum, vt in eant rationem, qua honeste separantur. Quo peracto (inquit ille) absoluorem concurrentibus quatuor antedictis circumstantiis, & postea quamvis non sequeretur separatio, si tamen sequeatur notabilis emendatio, absoluere spe maioris correctionis futuræ, commendata re Iesu Christo Domino nostro, & videnti prudentia ac circumspectione varia, quæ debet ob varietatem circumstantiarum adhiberi: proposito ante oculos, primum remedio spirituali animatum, deinde etiam